Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LXIX. Das Domcapitel zu Brandenburg verkauft drei Hufen in Mötzow für eine jährliche Getreideernte auf die Zeit von zwei Generationen an einen Bürger zu Brandenburg (1242 ?)

urn:nbn:de:hbz:466:1-54048

Visual Library

modum extitero prefato B. termino prefinito. Ut autem hec noſtra ordinatio preſentibus et futuris fieret manifeſta, eam ſigilli noſtri una cum ſigillo predicti H. prepoſiti de Nawen, impreſſione decrevimus roborandam. Acta ſunt autem hec Brandenburg, anno domini M°. CC°. XXXXI. adhibitis ydoneis teſtibus, quorum nomina inferius ſunt notata: Heinricus prepoſitus de Nawene, Alt miles de Angere, Henricus de Stegeliz, antiquior, Petrus et Giſelbertus, prefecti antique civitatis Brandenburg, Albertus Lupus, Nicolaus prefectus nove civitatis, Albertus Valkenarius et alii quam plures, quorum nomina in hac pagina non ſunt ſcripta.

Nach dem Originale.

LXIX. Das Domcapitel zu Brandenburg verkauft drei Hufen in Mötzow für eine jährliche Getreiderente auf die Zeit von zwei Generationen an einen Bürger zu Brandenburg (1242?).

Univerſis in Chriſto fidelibus, preſentem paginam inſpecturis P.(etrus) miſeratione divina prepoſitus totumque capitulum collegii Brandeburgenſis eccleſie pro quadam pecunie ſumma Waltero civi Brandeburgenſi et uxori ejus Adelheidi filieque Ermengardi tres manſos prediutino tempore incultos ville noſtre ſclavice et allodio noſtro Mukzowe contiguos jure hereditario ac titulo feodali cum tricesima porreximus poſſidendos omnibus heredibus de conjugio ipſorum pariter viventium de cetero forſitan procreandis omni ſine difficultate jure ſimili concedendos, nec predicti feodi conceſſio ad ſecundos heredes, uidelicet filios vel filias filiorum ſive filiarum tranſeat eorundem. Hujus autem rei teſtes ſunt: Petrus prepoſitus, Alberus prior, Hinricus de Jezere, quondam prepoſitus et ceteri Brandenburgenſis eccleſie canonici, laici vero Theodoricus miles de Cybecleve, Wilhelmus molendinarius, Verdeboldus filius Hugonis Vach, Volcmarus et ceteri quam plurimi de Brandenburg tunc preſentes.

Nach einer Copie im Copialbuche. — Dieſe ohne Jahr ausgeſtellte Urkunde iſt in das Jahr 1242 geſetzt, weil ſie ſich durch die Erwähnung des Henricus quondam prepoſitus der vorigen anzuſchließen ſcheint.

LXX. Papſt Innocenz IV. fordert alle Geiſtlichen der Brandenburgiſchen Diöceſe auf, ihren Biſchof, bei deſſen durch die häufigen Fehden vermindertem Einkommen zu unterſtützen, am 1. Januar 1244.

Innocentius IV. etc. Univerſis Prelatis etc. Clericis eccleſie Brandeburgenſi ſubiectis. Abiicit filius devotionis affectum, ſi patri, cum poteſt, non ſubveniat indigenti, et genitor vitrici notatur incuria, Si egenti filio ſubventionis dexteram non extendat. Debent itaque ſeſe in neceſſitatibus pater et filius mutuo ſibi compatientes oportunis beneficiis relevare. Cum itaque, ſicut Venerabile Fratre noſtro Brandeburgenſe Epiſcopo nobis innotuit intimante, ſui epiſcopatus redditus, qui annuatim quingentas marcas argenti valere conſueverant, nunc propter guerrarum diſcrimina ſint adeo diminuti, quod quadraginta marcarum valentiam annis ſingulis vix excedunt, nec habeat alias unde poſ-